



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

Parisiis, 1644

XXII. De constitutione Concilii Viennensis, quae habetur in Clementina
[contra eos] de sepulturis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15653

ANNO
CHRISTI
1410.

XXI.

*Ex eodem Concilio generali, quod habetur de vsurariis in cap.
Quamquam, libro sexto.*

Manifesto vsurario, licet mandauerit vsuras restitui, ecclesiastica sepultura denegari debet, nisi primo, prout facultates patiuntur, satisfaciat, vel de restituendo idonee caueat illis quibus restitutio facienda, si praesentes fuerint: vel, ipsis absentibus, loci ordinario, aut eius vices gerente, siue rectori parochialis ecclesiae in qua habitat, coram fide dignis de parochia, in cautione huiusmodi exprimendo quantitatem vsurarum receptorum, si huiusmodi fuerit quantitas manifesta: alioquin, aliam quantitatem ipsius recipientis arbitrio moderandam: qui, si scienter minorem quam visibiliter creditur, moderetur, tenebitur ad residui satisfactionem. Et eos contra hanc constitutionem sepeliendo, Lateranensis Concilii poenam incurrunt. Testamenta quoque talium vsurariorum alias facta non tenentur: nec debet aliquis interesse, nec eos absolueri, aut etiam admittere ad confessionem.

XXII.

** I. P. 100. De constitutione Concilii * Vniuersalis, quae habetur in Clementina [contra eos] de sepulturis.*

Sepelientes scienter vsurarios manifestos, etiam si exempti fuerint, ipso facto excommunicationis sententiam incurrant: a qua, nisi satisfactio prius competenter eis quibus ex hoc iniuria est irrogata, facta fuerit, nullatenus absolui debent.

XXIII.

*Ex statuto domini Pilgrini Saltzburgensis archiepiscopi,
quod incipit: Apud multos.*

Vsurarii, postquam a suis rectoribus trina monitione fuerint nominatim moniti, si infra mensem non destiterint, eo ipso excommunicationis sententiam incurrunt. Et ecclesiarum rectores & praelati tenentur suos subditos manifestos vsurarios monere & inducere, ut infra mensem ab huiusmodi prauitate desistant, & de perceptis satisfaciant cum effectu. Quod si non fecerint, eos excom-

Vuuu iij